

facie ppter eum. Venit autem uir dei ad heli. et ait ad eum. Hec dicit dominus. Huius
 quod non aperte reuelat sibi domum patris tui. cum esset in egypto. in domo
 pharaonis. Elegerit eum ex omnibus tribubus michi in sacerdotem. Hunc uirum
 iudei sine es dicunt. quem et heli autumant. Reuelat uero dominus fuisse
 dominus domum patris eius. id est aaron. in eo loco et ait. Dixit dominus ad aaron.
 Uade in desertum. in occursum moysi et cetera. In hoc loco primum et reue
 lat dominus. In sacerdotem uero electus est. ex omnibus tribubus israel. sic habes sic habes in
 ellesimon. in ualeceia. Quod uero ait. uenit uir dei ad heli. et cetera. quod secuntur.
 ante tempus heli. fuisse arbitrantur. hic ob gratiam samuelis. interposita
 dicuntur. Ecce dies ueniunt. et perda brachium tuum. et brachium domus pa
 tris tui. Brachium archa uocat. et dignitatem sacerdotum. ut non sit senex in
 domo tua. Senem sacerdotem magni dicit. Et uidebis emulum tuum in templo.
 in uniuersis personis israel. finibus domus heli sadoch existit. qui abiecto abia
 thara salomone. et sacerdotem suscepit in oralaehi legitur. Verumtamen
 non penitus auferat uirum ex te ab altari meo. ut deficiant oculi tui. et ta
 bescat anima tua. Ideo dominus non penitus se ablatum ex domo heli uirum ab
 altari suo dicit. ut scilicet de domo heli esset in domo domini uir. qui in dignita
 te sacerdotum alium substitutum uideret. et se eadem occasione prius uidentem.
 oculi eius deficerent. et anima tabesceret. Sed et in sequentibus dicit. Veniat ut ado
 ret eum. id est sacerdotem magni. et accipiat ab eo nummum argenteum. et tor
 tam panis. dicatque. dimitte me obsecro. ad unam partem sacerdotalem. ut co
 meda buccellam panis. Et sermo domini erat preciosus. Preciosus dicitur quia
 parus erat. Omne enim quod rarum est. preciosum est. Hic erat uisio manifesta. quia
 prophetia non plene manifestabat. Factum est ergo in quadam die heli iacebat
 in loco suo. et oculi eius caligauerant. nec poterat uidere. Hic enim disten
 guendum est. et per se inferendum est. Et antequam lucerna domini extingueretur. sa
 muel dormiebat in templo. et erat archa domini. Intelligi autem hoc non debet.
 Et antequam lucerna domini extingueretur in templo. et erat archa domini. samu
 el dormiebat. Quod ait antequam lucerna extingueretur. intelligi oportet.
 antequam lux diurna fieret. quoniam eadem extinguenda erat lucerna.
 Sic enim a domino per moysen iussu erat. ut eadem lucerna luceret usque ma
 ne. Collocabit autem dominus lucernam aaron. et filii eius usque mane luceat eo
 ram domino. Porro samuel necesse sciebat dominum. Hec uero dominum dicitur quia per
 prophetam moysen eos non sterit. necesse ei reuelat fuerat sermo domini. Quia